



**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XX. Consuetudo Rudolphi ex abusu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

Dissertatio. 25
providere. Datum anno Regni nostri pri-
mo.

Prætermittimus, quod quamquam Rudolphus I. consuetudini hæreat, non defint, qui testentur, eum Imperatorem à Gregorio X. Romano Pontifice Indul- tum Apostolicum super iis impetrasse: hujus namque rei meminit Speculator, qui vixit ætate Rudolphi, & in titulo de Præbend. in 6. hæc habet: *Item nota, quod Imperator habet privilegium, quod ego vidi bullatum, quod in qualibet Ecclesia Alemannia possit facere unum recipi.* Hoc privilegium Sedis Apostolicæ primariarum Precium fuisse notat Joannes Andreas Speculatoris scholiares loco jam relato litt. C. & in cap. *Is cui 19. num. I.* de Præbend. in 6., & pluribus relatis Hermannus Hermes in fasciculo Juris publi- ci cap. 11. de regal. Imper. num. 8.

Prætereo itidem hanc consuetudinem in Precibus Rudolphi assertam provenisse potius ex abusu prædecessorum Imperatorum, qui canonicas electiones Prælatorum everterant, seque arbitros fecerant investiturarum Ecclesiasticarum, & titulorum Episcopaliū, atque Abbatialiū: quem abusum abjuravit Hermannus Rex Romanorum, & Henricus V. teste Goldasto tom. 1. pag. 242. & pag.

XIX.

Rudolphus
I. Indultum
Apostolicum
impetravit.

XX.

Consuetudo
Rudolphi ex
abusu.

26 De primariis Precibus Imperialibus
258. Fridericus itidem II., prævia con-
stitutione in ipso conventu Electorum pu-
blicata his verbis : *Illum igitur volentes*
abolere abusum, quem quidam prædecesso-
rum nostrorum exercuisse dignoscuntur in
electionibus Prælatorum, concedimus, &
sancimus, ut electiones liberè, & canonice
fiant. Et infra : Omnia nos spiritualia vo-
*bis, & aliis Ecclesiarum Prælatis relinqu-
imus liberè disponenda, ut quæ sunt Cesa-*
*ris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo recta di-
stributione reddantur, quemadmodum re-
ferunt Raynaldus ad annum Christi 1213.*
Goldast. tom. I. pag. 289. & pag. 290.
Quamobrem ea, quæ tentata & facta sunt
ab Imperatoribus ante Rudolphum, quæ-
que provisionem Beneficiorum Ecclesia-
sticorum respiciebant, jure summo refer-
ri possunt ad tempora insignis abusus, qui-
bus Germaniæ universæ Ecclesiæ in ma-
gno constitutæ erant discrimine, uti ipsi-
met Scriptores Germani infra referendi
asserunt.

XXI.
Qualis con-
suetudo Ru-
dolphi.

XXX
VI

Verum hac etiam consuetudine admis-
sa, sicuti ea probatur ex diplomate relato
Rudolphi, ex eo itidem quæ, & qualis
esset hujuscemodi consuetudo intelligitur,
ea namque non potuit esse dissimilis Pre-
cibus ipsis Rudolphi, ex quibus desumi-
tur. Cum itaque in illis neque præcipia-